



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 11. Duo Cardinales a Pontifice Romano Purpura decorati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII. violare meditabatur: anno tamen se-  
A.C. 1709, quenti totius caußæ definitionem Pon-  
tifex per suum decretum manifestam  
reddidit.

## §. XI.

*Duo Cardinales a Pontifice Romana  
Purpura decorati.*

Die decima quinta Aprilis Clemens Papa secretum, ut vocant, *Con-  
fistorium* habuit, in quo Ulyssen Josephum Gozzadimum Theodosiæ Archi-  
episcopum, Pontificiorum Brevium ad Principes a secretis, i Purpuratorum  
Collegio adscripsit, declarans, quod alium adhuc rationabilibus ex cauffis  
in pectore reservarit: Postea tamen die  
vigesima secunda Julii, quæ erat ipsa  
Natalis dies Pontificis, hunc honorem  
tribuit Antonio Francisco Sanvitali pa-  
tria Parmensi, Apostolico apud Etru-  
scos Nuntio, & Avenionensi Pro - Legato.  
Ex his prior inter Cardinales  
Presbyteros optabat titulum S. Crucis  
in Jerusalem, alter vero titulum S.  
Petri in Monte Aureo: Ceterum Le-  
gati Principum, quibus ad Purpuras  
nominandi jus competit, querebantur,  
quod Pontifex per integros novem sui  
Pontificatus annos nullum ab eis no-  
minatum assumpsisset: ast horum votis  
ac querelis postea satisfecit Pontifex.

## §. XII.